



88122964



International Baccalaureate®
Baccalauréat International
Bachillerato Internacional

**LATIN
HIGHER LEVEL
PAPER 2**

Wednesday 21 November 2012 (morning)

2 hours

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is [44 marks].

Answer four questions from two genres only. These questions should be taken from the two genres you have studied.

Genre: Elegiac and Lyric poetry

Question 1. Catullus 40, 41

40

quaenam te mala mens, miselle Ravide,
 agit praecipitem in meos iambos?
 quis deus tibi non bene advocatus
 vecordem parat excitare rixam?
 5 an ut pervenias in ora vulgi?
 quid vis? qua libet esse notus optas?
 eris, quandoquidem meos amores
 cum longa voluisti amare poena.

41

Ameana puella defutata
 tota milia me decem poposcit,
 ista turpiculo puella naso,
 decoctoris amica Formiani.
 5 propinqui, quibus est puella curae,
 amicos medicosque convocate:
 non est sana puella, nec rogare
 qualis sit solet aes imaginosum.

- (a) Explain the cause of Catullus's quarrel with Ravidus (poem 40) and how he (Catullus) is going to react. [2 marks]
- (b) Give **three** reasons that Catullus gives for Ravidus's behaviour (poem 40). [2 marks]
- (c) Why does Catullus call the girl *non sana* (poem 41, line 7)? How does this relate to what has been said earlier? [3 marks]
- (d) Translate *non est sana ... imaginosum* (poem 41, lines 7–8) and explain the meaning of the adjective *imaginosum*. [3 marks]

Genre: Elegiac and Lyric poetry**Question 2. Horace *Odes* 3.13**

o fons Bandusiae splendidior vitro,
 dulci digne mero non sine floribus,
 cras donaberis haedo,
 cui frons turgida cornibus

5 primis et venerem et proelia destinat.
 frustra: nam gelidos inficiet tibi
 rubro sanguine rivos
 lascivi suboles gregis.

10 te flagrantis atrox hora Caniculae
 nescit tangere, tu frigus amabile
 fessis vomere tauris
 praebes et pecori vago.

15 fies nobilium tu quoque fontium
 me dicente cavis impositam ilicem
 saxis, unde loquaces
 lymphae desiliunt tuae.

- (a) What **two** offerings, apart from the kid, are made to the fountain? [2 marks]
- (b) Explain the meaning of *fies* ... *fontium* (line 13). Why is this going to happen? [2 marks]
- (c) Comment on the stylistic features of this poem, giving precise details from the Latin text and explaining how Horace manages to give such a vivid description. [8 marks]

Genre: Epic**Question 3. Virgil *Aeneid* 6.808–825**

quis procul ille autem ramis insignis olivae
 sacra ferens? nosco crinis incanaque menta
 810 regis Romani, primam qui legibus urbem
 fundabit, Curibus parvis et paupere terra
 missus in imperium magnum. cui deinde subibit
 otia qui rumpet patriae residesque movebit
 Tullus in arma viros et iam desueta triumphis
 815 agmina. quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
 nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
 vis et Tarquinios reges, animamque superbam
 ultoris Brutii, fascesque videre receptos?
 consulis imperium hic primus saevasque secures
 820 accipiet, natosque pater nova bella moventes
 ad poenam pulchra pro libertate vocabit.
 infelix, utcumque ferent ea facta minores:
 vincet amor patriae laudumque immensa cupido.
 quin Decios Drusosque procul saevumque securi
 825 aspice Torquatum et referentem signa Camillum.

- (a) To whom does the pronoun *ille* (line 808) refer? Name **two** of his contributions to the history of Rome. *[3 marks]*
- (b) Translate *quem ... auris* (lines 815–816). *[2 marks]*
- (c) Explain, and comment on, the use of the adjective *infelix* (line 822) in this precise context. *[3 marks]*
- (d) Scan lines 824–825 (*quin ... Camillum*). *[2 marks]*

Genre: Epic**Question 4. Virgil *Aeneid* 6.752–772**

dixerat Anchises, natumque unaque Sibyllam
 conventus trahit in medios turbamque sonantem,
 et tumulum capit, unde omnes longo ordine possit
 755 adversos legere, et venientum discere vultus.
 “nunc age, Dardaniam prolem quae deinde sequatur
 gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
 inlustris animas nostrumque in nomen ituras,
 expediam dictis, et te tua fata docebo.

760 ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta,
 proxuma sorte tenet lucis loca, primus ad auras
 aetherias Italico commixtus sanguine surget,
 Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles,
 quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx

765 educet silvis regem regumque parentem,
 unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.
 proximus ille Procas, Troianae gloria gentis,
 et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet
 Silvius Aeneas, pariter pietate vel armis

770 egregius, si umquam regnandam acceperit Albam.
 qui iuvenes! quantas ostentant, aspice, vires,
 atque umbrata gerunt civili tempora quercu!”

- (a) Which **two** peoples are named in the first section of this text (lines 752–759), and what is the task assigned to them by Fate? *[2 marks]*
- (b) Select **four** stylistic figures from Anchises’s words (lines 756–772) and explain how they contribute to the rhetorical effect of his speech. *[8 marks]*
- (c) Who are the persons named in lines 767–769? Set them in the historical context envisaged by Virgil. *[2 marks]*

Genre: Historiography**Question 5. Livy 1.58.6–12**

Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto venit, cum quo forte Romam rediens ab nuntio uxoris erat conventus. Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inveniunt. adventu suorum lacrimae obortae quaerentique viro “satin salve”? “minime” inquit; “quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia? vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo;

5 ceterum corpus est tantum violatum, animus insons; mors testis erit. sed date dexteras fidemque haud impune adultero fore. Sex. est Tarquinius qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium.” dant ordine omnes fidem; consolantur aegram animi avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus, et unde consilium afuerit culpam abesse. “vos” inquit “videritis quid illi debeatur; ego

10 me etsi peccato absolvo, suppicio non libero; nec ulla deinde in pudica Lucretiae exemplo vivet.” cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit prolapsaque in vulnus moribunda cecidit. conclamat vir paterque.

- (a) What arguments do Lucretius and Collatinus use in order to comfort Lucretia? [2 marks]
- (b) Translate *vos … vivet* (lines 9–10). [2 marks]
- (c) By which means does Livy convey the drama of the situation? Choose **four** relevant words or expressions and explain why they are effective. [8 marks]

Genre: Historiography**Question 6. Livy 1.59.6–10**

ubi eo ventum est, quacumque incedit armata multitudo, pavorem ac tumultum facit; rursus ubi anteire primores civitatis vident, quidquid sit haud temere esse rentur. nec minorem motum animorum Romae tam atrox res facit, quam Collatiae fecerat. ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. quo simul ventum est, praeco ad tribunum celerum, in quo tum magistratu forte Brutus
5 erat, populum advocavit. ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniique quod simulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libidine Sex. Tarquinii, de stupro infando Lucretiae et miserabili caede, de orbitate Tricipitini, cui morte filiae causa mortis indignior ac miserabilior esset. addita superbia ipsius regis miseriaeque et labores plebis in fossas cloacasque exhaustiendas demersae; Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro
10 bellatoribus factos. indigna Servi Tulli regis memorata caedes et invecta corpori patris nefando vehiculo filia, invocatique ultores parentum dii. his atrocioribusque, credo, aliis, quae praesens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subicit, memoratis incensam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret exulesque esse iuberet L. Tarquinium cum coniuge ac liberis.

- (a) Translate *ubi eo ... rentur* (lines 1–2). [2 marks]
- (b) *ergo* (line 3). Explain the **two** reasons which concur to this effect. [2 marks]
- (c) According to Brutus's speech, who are the victims of Tarquinius's violence and arrogance, and why? [3 marks]
- (d) Comment on Livy's historical method with regard to the second part of Brutus's speech reported in lines 11–12 (*his atrocioribusque ... subicit*). [3 marks]

Genre: Letters**Question 7. Pliny *Letters* 4.13.1–2, 4.13.9–11****4.13.1–2**

salvum in urbem venisse gaudeo; venisti autem, si quando alias, nunc maxime mihi desideratus. ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum quod est in manibus absolvam. vereor enim ne, si hanc intentionem iam in fine laxavero, aegre resumam. interim ne quid festinationi meae pereat, quod sum praesens petiturus, hac quasi praecursoria epistula rogo. 5 sed prius accipe causas rogandi, deinde ipsum quod peto.

4.13.9–11

“proinde consentite consipirare maioremque animum ex meo sumite, qui cupio esse quam plurimum, quod debeam conferre. nihil honestius praestare liberis vestris, nihil gratius patriae potestis. educentur hic qui hic nascuntur, statimque ab infantia natale solum amare frequentare consuescant. atque utinam tam claros praceptorum inducatis, ut in finitimiis oppidis studia 5 hinc petantur, utque nunc liberi vestri aliena in loca ita mox alieni in hunc locum confluant!” haec putavi altius et quasi a fonte repetenda, quo magis scires, quam gratum mihi foret si susciperes quod iniungo. iniungo autem et pro rei magnitudine rogo, ut ex copia studiosorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circumspicias praceptorum, quos sollicitare possimus, sub ea tamen condicione ne cui fidem meam obstringam. omnia enim libera parentibus servo: 10 illi iudicent illi eligant, ego mihi curam tantum et impendium vindico. proinde si quis fuerit repertus, qui ingenio suo fidat, eat illuc ea lege ut hinc nihil aliud certum quam fiduciam suam ferat. vale.

- (a) Translate *ipse ... resumam* (first extract, lines 2–3). [2 marks]
- (b) *illi iudicent ... impendium vindico* (second extract, line 10). Which responsibilities in children’s education could be shared, and between whom, according to this passage? [2 marks]
- (c) Illustrate which stylistical features are prominent in Pliny’s attempt at persuading the addressees both of his speech and of his letter in the second extract. Support your arguments with examples from the text. [8 marks]

Genre: Letters**Question 8. Pliny *Letters* 4.19.5–8, 6.16.12****4.19.5–8**

his ex causis in spem certissimam adducor, perpetuam nobis maioremque in dies futuram esse concordiam. non enim aetatem meam aut corpus, quae paulatim occidunt ac senescunt, sed gloriam diligit. nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis praceptoris institutam, quae nihil in contubernio tuo viderit nisi sanctum honestumque, quae denique amare me ex tua praedicatione 5 consueverit. nam cum matrem meam parentis loco vererere, me a pueritia statim formare laudare, talemque qualis nunc uxori meae videor, ominari solebas. certatim ergo tibi gratias agimus, ego quod illam mihi, illa quod me sibi dederis, quasi invicem elegeris. vale.

6.16.12

Stabiis erat diremptus sinu medio – nam sensim circumactis curvatisque litoribus mare infunditur –; ibi quamquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen et cum cresceret proximo, sarcinas contulerat in naves, certus fugae si contrarius ventus resedisset. quo tunc avunculus meus secundissimo in vectus, complectitur trepidantem consolatur hortatur, utque timorem eius 5 sua securitate leniret, deferri in balineum iubet; lotus accubat cenat, aut hilaris aut – quod aequem magnum – similis hilari.

- (a) Translate *his ex causis ... concordiam* (first extract, lines 1–2). [2 marks]
- (b) How do the conditions of the wind affect the different people touched by the events described in the second extract? [2 marks]
- (c) Describe the true extent of the danger at the time of the events described in the second extract. [3 marks]
- (d) *similis hilari* (second extract, line 6). Which of the protagonist's actions would contribute to causing this impression? [3 marks]

Genre: Satire**Question 9. Juvenal *Satires* 1.103–126**

“quamvis

natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestrae
 105 arguerint, licet ipse negem, sed quinque tabernae
 quadringenta parant, quid confert purpura maior
 optandum, si Laurenti custodit in agro
 conductas Corvinus oves, ego possideo plus
 Pallante et Licinis?” expectent ergo tribuni,
 110 vincant divitiae, sacro ne cedat honori
 nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis,
 quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum
 maiestas, etsi funesta pecunia templo
 nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
 115 ut colitur Pax atque Fides Victoria Virtus
 quaeque salutato crepitat Concordia nido.
 sed cum summus honor finito computet anno,
 sportula quid referat, quantum rationibus addat,
 quid facient comites quibus hinc toga, calceus hinc est
 120 et panis fumusque domi? densissima centum
 quadrantes lectica petit, sequiturque maritum
 languida vel praegnans et circumducitur uxor.
 hic petit absenti nota iam callidus arte
 ostendens vacuam et clausam pro coniuge sellam
 125 “Galla mea est” inquit, “citius dimitte. moraris?
 profer, Galla, caput. noli vexare, quiescit.”

- (a) How does the adjective *molles* contribute to the portrayal of the person described in lines 103–105? [2 marks]
- (b) Explain Juvenal’s choice of personal names in lines 108–109 (*conductas ... tribuni*). [3 marks]
- (c) Scan lines 115–116 (*ut colitur ... nido*). [2 marks]
- (d) Translate lines 123–125 (*hic petit ... moraris*). [3 marks]

Genre: Satire**Question 10. Juvenal *Satires* 1.147–157, 3.164–170****1.147–157**

nil erit ulterius quod nostris moribus addat
 posteritas, eadem facient cupientque minores,
 omne in praecipi vitium stetit. utere velis,
 150 totos pande sinus. dicas hic forsitan: unde
 ingenium par materiae? unde illa priorum
 scribendi quodcumque animo flagrante liberet
 simplicitas? “cuius non audeo dicere nomen?
 quid refert, dictis ignoscat Mucius an non?”
 155 pone Tigellinum: taeda lucebis in illa
 qua stantes ardent qui fixo gutture fumant,
 et latum media sulcum deducis harena.

3.164–170

haut facile emergunt quorum virtutibus opstat
 165 res angusta domi, sed Romae durior illis
 conatus: magno hospitium miserabile, magno
 servorum ventres, et frugi cenula magno,
 fictilibus cenare pudet, quod turpe negabis
 translatus subito ad Marsos mensamque Sabellam
 170 contentusque illic Veneto duroque cucullo.

- (a) In the first extract, which consequences does the poet envisage for describing Tigellinus in writing? [2 marks]
 - (b) Translate *haut facile* ... *conatus* (lines 164–166). [2 marks]
 - (c) Describe how, in these two extracts, Juvenal makes his message vivid and dramatic through his use of literary techniques. Support your arguments with four examples and explain why they are effective. [8 marks]
-